

meoni filio Rabban Gamalielis adscribitur, moniti: *לא המדרש הוא* doctrinam neutiquam partem esse principaliorem, sed operam; uti doctrinam Tuam per hoc specimen Academicum opere exhibuisti, masculè sententiam à Te positam, defendendo: ita quæ hauisti hactenus, & quicquid porrò, Numine propitio, aliis oratione traditurus es, illa applicatione, hoc vitâ & factis exprime. *נאום הדברים היוצאים מפי עושיהם* Elegantiſſimè quippe sonant verba, quæ prodeunt ex ore facientium eadem. Vale, ac rem age feliciter. Dabam in museo, V. Calend. Maji, An. 1689.

SUMMA RERUM CAPITA.

1. **B**aptismi etymon origine græcum. 2. non quasi βαπτισμα; sed βαπτίζω immergere. 3. Salmasii sententia, quasi nostra asperſio non sit baptismus. 4. refutatur, non ex significatione tingendi, quæ græco competit: quod merſioni æquipolleat tinctio. 5. nec quod de vasorum usurpetur ablutione; cum asperſio eam non conficiat. Sed 6. quod de manuum lotionem dicatur Luc. II. 38. Hic enim non de merſione totius corporis sermo, nec 7. de manuum in aquam immerſione magni alioquin faciendæ. 8. ob multas rationes: sed 9. lotionem, quæ vel affuſione fit penes Judæos, vel asperſione. probatur hoc, & §. 10. multis rationibus. 11. Baptismi diſſiſio. 12. Expiationis baptismum Initiationis includit. 13. hujus descriptio. 14. Subjectum varium. 15. Profelytorum dignitas solennem requirit inaugurationem, quæ 16. tribus perficitur: circumciſione, baptismo, & sacrificio. è quibus solus Baptismus universalis ac perpetuus. 17. Ejus autoritas tanta, ut sine eo nemo Judæus. 18. frustra quis in circumciſione acquieſcit. 19. refutatus ab aliis. multi pro solo Baptismo pronunciant, qui valet 20. in infantibus post exitum ex Ægypto ac legis promulgationem natæ. 21. ob gentes alias præter Judæos circumciſas. 22. in fœminis, exſectis, ac secundum quosdam, sine præputio genitis. 23. fama baptismi Judæorum penes gentes. 24. Subjectum baptismi Profelytorum etiam Infantes extra ſanctitatem geniti: non qui à parentibus generantur jam conuerſis. 25. Origo baptismi non derivanda à Johanne. 26. exempla recensentur antiquiora. 27. quæ de filie Pharaonis baptismo ex Ex. 2. 5. afferunt, probabilitate carent. 28. nec odium in Samaritanas præcurabit baptismum. 29. nec Jacobus Patriarcha, Gen. 35. a mundationem domesticis injungens. Sed 30. Dei verba, lotionem imperantis ante promulgationem legis Ex. 19. 10. itemque consecrationem. 31. unde tot in deserto aquæ. 32. nunc aqua baptismi vulgaris est, fontana vel fluvialis, in alveis decurrens. 33. in hujus defectu pluvialis in conceptaculo stagnans. Hoc bene hominum conficitur industria, secus ac Seldenus statuit. 34. in fundo necessario excavatur. ejus aquæ, earumque mensura. 35. Hydrie Johannis c. 2. 8 non constituunt baptisterium, ut vult Altingius. 36. Baptizandi modus, nudi baptizabant, tinctioe unicâ, totum corpus undiquaque circumfluente. 37. Prærequisita baptismi, in masculis circumciſio ſanata, in utroque sexu ſufficiens informatio, & edita fidei confessio. 38. Testes baptismi tres eruditi, ut Christianorum Patrini. 39. in casu necessitatis tres plebeji, & apud mulierem mulieres. 40. Tempus baptismi inſeptum est nocturnum, Sabbathi aut diei feriati, & quare? 41. Muliebri pudicitie conſulitur per mulieres deducentes. 42. quæ malitia exorsit ævi ſequioris, ut indumentum penes Christianos. 43. Effectus baptismi Regeneratio, pristina conſanguinitate exuta 44. dignitas Regia & Pontificatus, uxore ductâ Israëlitate. De Ba-